



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R.P. Petri Leurenii Societatis Jesu, SS. Theologiæ
Doctoris, & SS. Canonum Professoris Vicarius Episcopalis,
Sive Tractatus Quaternarius Per Quæstiones & Responsa
Canonica Deductus**

Leuren, Peter

Coloniae Agrippinae, 1708

319. An Coadiutoria cum futura successione subiaceat Regulæ
Cancellariæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74203](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74203)

habere naturam illius *Garc. de benef. p. 11. c. 3. n. 275.* vel etiam vim habeat resignationis, quatenus conceditur cum consensu Coadjuti, qui consensus, ut *gl. in c. beneficium. de regular. in 6.* vim resignationis habet *Gonz. ad reg. 8. gl. 5. §. 9. n. 9.* & sic in Coadjutoria locum habeat regula de consensu. *Gonz. loc. cit. n. 10.* citans *Put. decis. 108. n. 1. l. 2.* Hæc ipsa tamen qualiter intelligenda, explicat *Gonz. n. 69. & seq.* Non tamen etiam talis Coadjutoria cum consensu Coadjuti est resignatio. *Lotter. de re benef. l. 2. q. 25. n. 23.* *Garc. loc. cit. nec propriè dici potest resignatio.* *Gonz. loc. cit. n. 69.* Sed multum à resignatione differt, & aliud longè est resignatio, aliud deputatio Coadjutoris cum futura successione. Nam per resignationem effectum sortitam titulus abdicatur à resignante, per Coadjutoriam verò talem non solum titulus, verum etiam possessio non abdicatur, sed utrumque remanet penes Coadjutum, unde moriente Coadjuto beneficii vacat per obitum illius. *Tondut. loc. cit. n. 18. & 19.* citans *Cavaler. ubi ante. n. 5.* Unde jam licet requiratur consensus Coadjuti (in quantum licet capax consentire) ille tamen consensus non habet vim resignationis, sed solum operatur, seu servit ad tollendum odium, sive quò minus odiosa sit Coadjutoria respectu Coadjuti. *Remouch. c. 5. n. 30.*

2. Respondeo ad secundum. Resignatio non subjacet publicationi, seu regulæ de publicandis. *Tondut. loc. cit. n. 20.* ubi timiditatis arguendi sunt illi, qui publicari faciunt Coadjutorias ad instar resignationum. Quia regula de publicandis locum non habet nisi in beneficiis vacantibus per resignationem, ut patet ex Bulla *Gregor. XIII. de super edita. & n. 22.* ubi pro hoc citat *Barbof. ad Trident. sess. 23. c. 7. n. 9.* *Garc. loc. cit. ubi, quòd constitutio illa Gregorii non procedat in Coadjutoriis cum futura successione, etiam si fiat cum consensu Coadjuti; cum, ut dictum, non habeant naturam resignationum, adeoque iis verba dictæ Constitutionis adæptari nequeant; cum in Coadjutoriis capi non possit possessio intra sex vel novem menses à tempore data, & ita, ut inquit *ibid.* *Garc.* sine dubio tenendum, quamvis aliqui de hoc dubitaverint, & aliquæ Coadjutoria sint publicata. *Gonz. loc. cit. n. 72.* ubi, quòd constitutio dicta locum non habet in Coadjutoriis; cum non sint resignationes aut jurium cessiones. *Et n. 69.* ostendit, his non obstantibus, quæ dixerat *n. 9.* nempe quòd vim resignationis habeant istæ Coadjutoria; nam ut ait id minus est propriè, nimirum ad effectum, ut requiratur consensus Coadjuti, & quòd præstatio consensus habeat vim renunciationis, id solum procedere ait *n. 70. & 71.* quando consensus est, ut provideatur alteri statim, simpliciter, perfectè, irrevocabiliter de beneficio suo; hic autem, qui consentit futura successioni, consentit solum, ut post mortem suam, & non se vivente, beneficium suum obveniat alteri, ac proinde non possit inducere resignationem. Idem, nempe, quòd non subjaceant regula cancellaria & constitutioni *Gregorii XIII. de publicanda renunciat, tenet Ventrigl. Tom. 2. annot. 13. §. unico. n. 57.* *Remouch. cit. c. 8. n. 26. & c. 12. n. 5.* ubi, quòd nullum nascatur præjudicium in non publicando & intimando illis gratiam Coadjutoria, ad quos admissio seu traditio possessionis pertinet, possit tamen præsentare Coadjutor ad capiendam possessionem Coadjutoria, seu ad illius obtinendam executionem, Quinimo soleant istius modi gratia quantocius intimari, ne contingente*

P. Lenvenii Tract. II. De Coadjut.

vacatione, prætextâ causâ ignorantia quicquam sinistra obveniat.

Quæstio 319. Num Coadjutoria cum futura successione subjaceant regulæ & Cancellaria?

Respond. negativè. *Gonz. ad reg. 8. gl. 5. §. 9. n. 38. & 39.* ubi licet id asserat expressè de Coadjutoris temporalibus; idem tamen etiam sustinere debet ob rationem, quam adducit, utpote quæ pari omnino modo militat pro Coadjutoriis perpetuis. Ait enim, id ideo esse, quia Coadjutoria ista temporales non sunt beneficium, adeoque non vacent nec vacare possint in aliquo ex mensibus dictæ regulæ, sed cessant & extinguuntur, cessante vita Coadjuti.

Quæstio 320. Coadjutoria cum futura successione num præbeant titulum ordinationis?

Respond. negativè. *Garc. de benef. p. 2. c. 5. n. 131.* *Ventrigl. tom. 2. annot. 13. §. unico. n. 37.* *Barbof. de canon. & dignit. c. 29. n. 39.* citans *Moner. de opt. c. 4. q. 8. n. 169. & c.* Nemò enim ad titulum de futuro, & in spe, etiam certa ad beneficium, quod expectat, ordinari potest, cum Concilium Tridentinum requirat titulum de præsentè. *Garc. loc. cit. n. 130.* Secus tamen est seu ordinari poterit, si fortè ratione Coadjutoria talis haberet congruam; tunc enim ad titulum illius ordinari posset, non tanquam ad titulum beneficii, sed illius juris percipiendi congruam assignatam tanquam ad titulum pensionis. *Lotter. de re benef. l. 2. q. 25. n. 16.* *Barbof. Ventrigl. l. cit. Garc. loc. cit. n. 132.* citans *Navar. de oratione c. 20. n. 10.* & plures alios. Et sub hac quoque conditione habitæ congruæ intelligendus videtur *Gonz. loc. cit. n. 8.* dum indifferenter & simpliciter ait, aliquem titulo Coadjutoria perpetua ordinari posse, stante etiam Tridentino. *sess. 21. c. 2.*

Quæstio 321. An Coadjutoria inducat incompatibilitatem cum beneficio tam habito quam habendo à Coadjutore?

Resp. Coadjutoria cum futura successione, dum actualem deservituram habet, inducit incompatibilitatem ad effectum retentionis; non quidem quia beneficium est, sed quia officium est habens actualem administrationem incompatibilem cum residentia quam requirit beneficium; beneficia enim illa (idem est de officiis, sive dum unum est officium & alterum est beneficium) simul retineri non possunt, quorum obligationibus simul satisfieri nequit. *Garc. de benef. p. 4. c. 5. n. 123.* *Castropal. tract. 13. d. 1. p. 10. n. 30.* *Remouch. c. 12. n. 37.* *Tondut. qq. benef. p. 2. c. 1. §. 13. n. 33.* contra *Gonz. Mendez Lulitan. l. 4. diversor. juris argum. c. 1. n. 8. & per totum, quem sequuntur Gonz. ad reg. 8. gl. 5. §. 9. n. 64. & 65.* *Chok. ad reg. 8. gl. 1. n. 22.* hac rixositate, quòd Coadjutor talis non teneatur residere præcisè; cum beneficium non habeat; sed solum causativè, id est, si non resideat, non lucretur fructus, & ob illos admissos teneatur satisfacere Coadjuto. Hinc jam obtentâ Coadjutoriâ tali, & si non vacet ipso jure beneficium præhabitu habens incompatibilitatem cum servitio Coadjutoria, dimitrendum tamen est, & retineri non potest sine dispensatione. AA. iidem. Nisi fortè, ut *Tondut. & Garc.* in literis Coadjutoria caveatur, quòd non teneatur dimittere prius obtentum, nisi eveniente successione, & sic jam præviè cum tali dispensa-

L

spensa-